UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In se[cun]da dominica quadragesime.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

de illo verbo ꝙ diabolꝰ aſſump-
ſit chriſtum reſpondetur ꝙ vt di
cit Albertus magnus ſup Mat
theum. Quidam ſanctoꝝ viden
tur dicere. ꝙ aſſumpſit eum por
tando ſuper ſe corporaliter aſ-
ſumpto corpore vt dicit Grego
rius in Omelia. Nec eſt mirum
ſi ſe ab illo permiſit in montem
duci qui ſe permiſit a membris
ipſius crucifigi. Sed Chriſoſto
mus dicit. ꝙ aſſumpſit eum du-
cendo poſt ſe. ⁊ ita exhortando
induxit eū ad hoc vt iret poſt eū
et chriſtus ex diſpoſitione ſue ſa
pientie iuit cū eo vbi ille cupie
bat eum habere ad temptandū.
Vn̄ dicit ſanctꝰ Thomas (vbi
ſupra. ad. z.) cū dicitur. Aſſump
ſit eum diabolus. non intelli-
gitur quaſi ex neceſſitate. ſed qꝛ
vt Origeñ. dicit ſuper Lucam.
Sequebatur eum ad temptatio
nem quaſi athleta ſponte proce
dens. ¶ Ad ſextam reſpondetur
p̄mo. ꝙ ſicut dicit Chriſoſtomꝰ
Diabolus ſic chriſtū aſſumebat
in pinaculum templi. vt ab om-
nibus videtur Chriſtus autē ne
ſciēte diabolo ſic agebat vt a ne
mine videretur. Quod autem cō
ſequenter dicitur. De monte ex-
celſo ⁊c. non eſt inelligendum ꝙ
videret ipſa regna vel ciuitates
vel populos. vel auruz. vel argē
tum. ſed partes in quibus vnum
quodqꝫ regnum vel ciuitas poſi
ta eſt diabolus chriſto digito de
mōſtrabat. ⁊ vniuſcuiuſqꝫ regni
honores ⁊ ſtatū vbis exponebat.

N ſecūda
dominica qua
drageſime le-
gitur euange
liuz. In illo tē
pore. Aſſum-
pſit ieſus Pe
trum ⁊ Johannem ⁊c. Matth.
xvij. Circa quod pn̄t diſputari ſe
quentes queſtiones. ¶ Prima.
Utrum conueniens fuit chriſtū
trāſfigurari. ¶ Sc̄da. vtrū ꝯue
niēter ibi ſunt inuēti teſtes trāſ
figurationis. Moyſes Helias ⁊
Petrꝰ ⁊ Jacobꝰ ⁊ iohēs. ¶ Ter-
tia. Utrum errauit petrꝰ dicēs.
Bonuz eſt nos hic eſſe Et petēs
tria tabernacula fieri. xp̄o vnuz
Helye vnū. et Moyſi aliud.

D primaz
queſtionē. ſic
ꝓcedit. (3. p.
q. 45. ar. 1) Et
videtur ꝙ nō
fuit ꝯueniēs
xp̄m trāſfigu
rari. ¶ Primo ſic. Non em̄ ꝯue-
nit vero corpori vt in diuerſas fi
guras mutet̄ ſ3 corpori fantaſti
co. Corpꝰ aūt xp̄i non fuit fanta
ſticū ſ3 verū. ergo trāſfigurari nō
debuit. ¶ Si dicat̄. ꝙ transfigu
ratio dicit̄ claritas aſſumptio.
Contra ſic. Figura eſt in quarta
ſpecie qualitatis. Claritas autē
eſt in tertia cuz ſit ſenſibilis qua
litas. ergo aſſumptio claritatis
a chriſto transfiguratio dici non

debet.¶ Tertio. Impoſſibile ē
ꝙ idem corpus ſit ſimul opacuʒ
⁊ lucidū ſed ſm rei veritatē cor
pus xp̄i opacum erat.ergo clari
tas non inerat ei ſm veritatem.
¶ Quarto ſic. Corporis glorioſi
ſunt quattuor dotes,ſcʒ ipaſſibi
litas.agilitas,ſubtilitas. et cla
ritas,ſed per aſſumptionez alia
rum trium non dr̄ tranſfigurat⁹.
ergo nec per aſſumptionē clari-
tatis.¶ In oppoſitum eſt euāge
lium p̄ns. ¶ Reſpondeo dicedū
ꝙ ꝯueniens fuit xp̄m tranſfigu-
rari.Que concluſio oſtendit̄ ſic.
Chriſtus diſcipulis ſuis prenū-
ciata ſua paſſiōe.induxerat eos
ad ſue paſſionis ſequelaʒ.Opor
tet autem ad hoc ꝙ aliquis dire
cte ꝓcedat in viam ꝙ finem ali
qualiter p̄cognoſcat ſicut ſagit
tator non recte iaciet ſagittam
niſi prius ſignū ꝓſpexerit in qḋ
iacenduʒ eſt.⁊ hoc p̄cipue eſt ne
ceſſarium qn̄ via eſt difficilis ⁊
aſpera.⁊ iter laborioſum . finis
vero iocūdus.Chriſtus ergo qr
per ſuam paſſionem ad hoc per
uenit vt gloriaʒ obtineret nō ſo
luʒ aie quā habuit a pricipio cō
ceptionis ſʒ etiam corporis.ſm
illud Lu.vltimo. Oportuit pati
chriſtū ⁊ ita intrare gloriaʒ ſuā
ad quā gloriā etiā ꝑducit eos q̇
veſtigia ſue paſſiōis ſequnt̄ ſm
illud Act.xiiij. Per multas tri-
bulationes oportet nos intrare
in regnū celoꝝ.Et ideo ꝯueniēs
fuit vt diſcipulis ſuis gl̄iaʒ ſue
claritatis oſtenderet.qḋ eſt ip̄m
tranſfigurari cui ſuos ꝯfigura
bit ſm illud. Phil.iij. Reforma
bit corpus humilitatis nr̄e ꝯfi-
guratum corpori claritatis ſue
vt ſic animarent̄ ad ſequendum
xp̄m in acerbitate paſſiōis.vt er
go iſtaʒ felicitatis cōſtantie for
titudinē toto apoſtoli corde ꝯci
perent.⁊ nihil de ſuſcipiēde cru
cis aſperitate formidarent.cla-
ritatem illis ſue gl̄ie demonſtra
uit.Unde Beda dicit ſup Mat
theum. Pia ꝓuiſione factuʒ eſt
vt ꝯtēplatione ſupmanētis gau
dij.ad breue temp⁹ deriuata for
tius aduerſa tolerarēt. ¶ Ad ra
tiones in oppoſitū. ¶ Ad prima
reſpōdetur ꝙ nō procedit . quia
chriſtus non dr̄ tranſfiguratus
ꝙ priſtinā formā aut facieʒ aut
corporis veritatē perdiſſet. V
Hieronymus ſup Mattheuʒ di
cit. Nemo putet chriſtū per hoc
ꝙ tranſfigurat⁹ dr̄ p̄ſtinā forma
⁊ faciē ꝑdidiſſe. vel amiſiſſe cor
poris ꝟitateʒ.⁊ aſſumpſiſſe cor
pus ſpirituale vel aerum. Se
quomodo tranſfigurat⁹ ſit euan
geliſta demōſtrat dicēs.Reſp
duit facies ei⁹ ſicut ſol.veſtim
ta aūt ei⁹ facta ſūt alba ſicut
vbi ſplendor faciei oſ̄dit̄.⁊ ca
dor deſcribit̄ veſtiū.nō ſubſtā
tollit̄ ſed gl̄ia cōmutatur.¶ A
ſecundam reſpōdetur.negan
conſequentiam.Et ratio eſt.
figura circa extremitatem co
poris ꝯſideratur. Eſt enī figu
que termino vel terminis com
henditur. ⁊ ideo omnia illa q

circa extremitatem corporis cō
ſiderantur. ad figuram quodam
modo ptinere videntur. ſicut aūt
color ita ꝛ claritas corporis nō
tranſparētis in eius ſuperficie
attendit. et ideo eius aſſumptio
claritatis trāſfiguratio dicitur.
¶ Ad tertiam reſpōdetur. negā-
do aſſumptum. quoniam non eſt
inconueniens ꝙ id quod in ſe eſt
opacum intrinſecus habere cla
ritatem in ſupficie vel extenſio
ne ſicut eſt corpus politum. vel
etiam ex alio extriſeco ſuperin-
ducto. ſicut ex reuerberatiōe ſo
lis vel alicuiꝰ hmōi ꝛ ſic fuit cla
ritas in xpo non ꝙ fuerit ſupin-
ducta ex aliquo corpe ſuplucēte
ſꝫ miraculoſe ab ipſo deo. vt di-
cit ſanctꝰ Thomas in tertio (di.
16.q.2.ar.1.ad.3.) ¶ Ad quartā
reſpondetur. negando ꝯſequen-
tiam. Et ratio eſt. qꝛ nō eſt ſimi-
le de dote claritatis ꝛ de alijs do
tibus. qꝛ inter alias claritas eſt
qualitas ipſiꝰ perſone in ſeipſa.
Alie vero tres dotes non parti-
cipant niſi in aliquo actu vel mo
tu ſeu paſſione. Oſtendit igitur
chriſtus in ſemetipſo aliq̄ alia-
rum dotium indicia. puta agili-
tatis. cuꝫ ſup vndas maris am-
bulauit. Subtilitatis. quando
de clauſo vtero virginis exiuit.
Impaſſibilitatis. cum de mani-
bus iudeoruꝫ precipitare vel la
pidare euꝫ volentiū illeſus eua
ſit. nec tamē propter illas tranſ
figuratus dicitur. ſꝫ per ſolam
claritatem que pertinet ad aſpe
ctum perſone ipſius. Circa quaꝫ
claritatem nota. ꝙ (vt hr̄. 3.p.q.
45.ar.2.) claritas illa quaꝫ xps
in tranſfiguratione aſſumpſit.
fuit claritas gl'ie q̄ptū ad eſſen-
tiam. non q̄ptum ad moduꝫ eſſen
di. Claritas em̄ corporis glorio
ſi deriuat ab aīe claritate. ſicut
dicit Augu. in epl'a ad Dioſcor.
Et ſimiliter claritas corpis xp̄i
in tranſfiguratione deriuata eſt
a diuinitate ipſiꝰ. vt Damaſ. di-
cit. ꝛ a gl'ia anime eiꝰ quā a prin
cipio ꝯceptionis habuit. Qd em̄
a principio ꝯceptionis xp̄i gl'ia
anime nō redūdaret in corpꝰ ex
quadam diſpēſatione diuina fa
ctuꝫ eſt. vt in corpe paſſibili no-
ſtre redemptiōis expleret miſte
ria. ꝛ eodēmō ex diuina ordina
tione factum eſt vt gloria anime
redundaret in corpus in hora
tranſfigurationis vt oſtenderet
diſcipulis gloriam future reſur
rectionis. vt dictum eſt.

Ad ſecūdam
queſtionē ſic p
cedit (3.p. vbi
ſ.ar.3.) et vide
tur ꝙ non ꝯue
nient ducti ſūt
teſtes trāſfigu
ratiōis. ¶ Primo ſic Unuſq̄ſq̄
enim maxime perhibere poteſt
teſtimonium de notis. ſꝫ qualis
eſſet futura gloria tempore trāſ
figurationis chriſti. nulli homi
num per experimentum erat ad
huc notuꝫ. ſꝫ ſolis angelis ergo

cōuenientius angeli debuerunt
duci teſtes tranſfigurationis q̄
hoīes. ¶ Scdo ſic. teſtes veri-
tatis nō decet aliqua fictio. ſed
ſm veritatē moyſes ⁊ helyas nō
fuerūt tibi vere ſed imaginarie
vt dicit quedā glo. Luc. ix. ergo
non fuerunt cōuenientes teſtes.
¶ Tertio ſm quod dicit̄ Act. x.
Omnes ꝓphete teſtimoniū per-
hibent xp̄o. ergo nō ſolū moyſes
⁊ helyas debuerūt intereſſe tan
q̄ teſtes. ſed etiam oēs ꝓphete.
¶ Quarta ſic. gloria xp̄i fidelib᷒
oībus repromittit̄ quos ꝑ ſuam
trāſfigurationē ad illius glorie
deſideriū aſcēdere voluit. nō ,er
go ſolos petrū ⁊ iohannē ⁊ iaco
bum in teſtimoniū ſue trāſfigu
rationis aſſumere debuit. ſ; oēs
diſcipulos. ¶ In oppoſitum eſt
euangeliū. ¶ Reſpōdeo dicen-
dum ſub iſta cōcluſione. q̄ cōue
nienter ſunt predicti teſtes du-
cti in teſtimoniū tranſfiguratio
nis xp̄i. Iſta ꝯcluſio declaratur
ſic. Xp̄s transfigurari voluit vt
gloriam ſuam oſtenderet homi
nibus ⁊ ad eam deſiderandā ho
mines ꝓuocaret. Ad gloriā aūt
eterne beatitudinis adducūtur
hoīes per xp̄m. non ſolū qui poſt
eum fuerunt. ſed etiam qui eu;
preceſſerūt. Vn̄ eo ad paſſione;
ꝓperāte tā turbe que ſeq̄bant̄ q̄
que precedebant ei clamabant.
Oſanna. vt dicit̄ Mat. xxi. qua-
ſi ſalutē ab eo petētes. Et ideo
ꝯueniens fuit vt de p̄cedētibus
ipſum teſtes adeſſent. ſcil; moy
ſes ⁊ helyas. ⁊ de ſequentib᷒ vt
petrus iacobus ⁊ iohānes. vt in
ore duorum vel trium teſtiū ſta-
ret hoc verbū. ¶ Ad rōnes in op
poſitū. ¶ Ad primā r̄ndet̄ negan
do ꝯn̄am. Et ratio eſt. q: xp̄s per
ſuā trāſfigurationē manifeſta-
uit diſcipulis corꝑis gloriā q̄ ad
ſolos hoīes ꝑtinet. ⁊ ideo cōue-
nient̄ nō angeli ſed hoīes ꝑ teſti
b᷒ ad hoc inducūtur. ¶ Ad ſcd̄a;
r̄ndet̄ negando minorē. Dicim᷒
eñ q̄ in rei veritate fuerūt addu
cti. helyas de loco quodā eminē
ti ad quē fuerat rapt᷒. vt habet̄
iiij. Reg. ij. ⁊ ſic appuit in corpe
⁊ in aīa. Moyſes vo adduct᷒ eſt
de limbo patrū. nō q: reſurrexit
ſed q: aīa apparuit ibi in corpe
ſibi aptato. ſicut apparēt angeli
in corporib᷒ aſſumptis. Ad glo-
ſam aūt inductā. dr. q̄ illa dicit̄
ſumpta de libro q̄ intitulat̄ de
mirabilib᷒ ſacre ſcripture q̄ nō
eſt liber autētic᷒ ſed falſe aſcri-
bitur auguſtino. Vn̄ illi glo. nō
eſt ſtandū. ¶ Ad tertiā r̄ndetur
negādo ꝯn̄am. Lic; eñ oēs pro-
phete teſtimoniū xp̄o reddāt. nō
debuerūt ꝓpt̄ hoc intereſſe trāſ
figurationi xp̄i. ſed ſufficiebant
iſte due ꝑſone. q̄ capita ſunt pro
phetarū q̄ ſingularit̄ inter alios
inducti ſunt. Tum p̄mo. q: eni;
turbe dicebāt xp̄m eſſe helyam.
alij hieremiā. aut vnū ex ꝓphetis
capita ꝓphetarū ſecu; duxit. vt
ſaltē hinc appeat differētia ſer-
uorū ⁊ dn̄i. Tu; ſcdo. q: moyſes
legē dedit helyas ꝓ gloria dei

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

emulatoꝛ fuit.ſm qᵭ de eo ſcri-
bitur.iij.Reg.xix.Zelo zelatus
ſum pꝛo dño exercituũ. Vñ pro
pter hoc qᵭ ſimul cũ xp̄o appa-
rent excludiẗ calũnia iudeoꝛum
accuſantiũ xp̄m tanq̄ legis trãſ
greſſoꝛẽ ⁊ blaſphemũ dei gloꝛiã
ſibi vſurpãtẽ. Tũ tertio.vt oſten
deret ſe habere poteſtatẽ moꝛtꝫ
⁊ vite.⁊ eſſe iudicẽ moꝛtuoꝝ et
viuoꝝ.ꝑ hoc ꝙ moyſen iaꝫ moꝛ
tuum.⁊ helyã adhuc viuentẽ ſe-
cum ducit. ¶ Ad quartã rñdetur
negando ↄ̃ñam.⁊ ratio eſt.qꝛ ta
lia miſteria nõ ſunt oĩbus expo
nẽda immediate.ſed ꝑ maioꝛes
ſuo tẽpoꝛe ad alios debẽt deue-
nire.⁊ ideo vt chꝛyſoſtomꝰ dicit
Aſſumpſit tres tanq̄ potioꝛes.
Nam petrꝰ excellẽs fuit in dile-
ctione quã habuit ad xp̄m.⁊ ite-
ruꝫ in poteſtate ſibi cõmiſſa. Jo
hãnes vo in ꝓuilegio amoꝛis q̄
a xp̄o diligebaẗ ꝓpter ſuã virgi
nitatẽ ⁊ ꝓpter pꝛerogatiuã euã-
gelice doctrine. iacobus autem
pꝛopter pꝛerogatiuaꝫ martyꝛij.
Fuit enim pꝛimus ante alios di
ſcipulos paſſus martyꝛium pꝛo
pter chꝛiſtum.

AD tertiam
queſtioneꝫ ſic
ꝓcediẗ. Et vi
detur ꝙ petrꝰ
non errauerit
dicẽdo. Bonũ
eſt nos hic eſ-
ſe.vel petendo tria tabernacula
⁊c. ¶ Pꝛimo ſic.dicit glo. Bene
nouerat quod diceret dum ait.
Bonum eſt nos hic eſſe.quia re
uera ſolum hominis bonum eſt
intrare in gaudium domini ſui.
⁊ huic in eternũ contemplando
aſſiſtere. ¶ Scđo ſic. dicitur in
pſal.lxxij. Adherere deo bonum
eſt.ſed hoc dicit petrus.ergo nõ
errauit. ¶ In oppoſitũ videtur
illud quod marcus ⁊ lucas di-
cunt.ꝙ petrus hoc dicens ne-
ſciebat quid diceret. ¶ Reſpon
deo dicendum.ꝙ in hoc petrus
dicitur erraſſe multipliciter.vt
colligitur ex gloſa ſanctoꝛũ pa-
trum. Pꝛimo in hoc ꝙ credidit
ꝙ in ſolo aſpectu humanitatis
xp̄i cõſiſteret beatitudo.⁊ ideo
illud ſufficere pꝛo finali beati-
tudine. Qđ non eſt verum.quo-
niam beatitudo eſſentialis con
ſiſtit in aſpectu claro ipſius di-
uinitatis ⁊ perfecta eius fruiti-
ne. Accidentaliter autem conſi
ſtit in aſpectu humanitatis xp̄i
⁊ delectatione cõſequente. Iſti
autem apoſtoli qui admiſſi fue-
runt ad tranſfigurationẽ nõ vi-
derunt ipſius diuinitatem.ſed
tantum eius humanitatẽ in foꝛ
ma gloꝛioſa. Unde verba petri
non erant rationabilia.quia in
ſolo aſpectu humanitatis chꝛi-
ſti non conſiſtit beatitudinis eſ-
ſentia.vt dictum eſt. Scđo dici
tur erraſſe ſiue male dixiſſe.qꝛ
credidit in hoc eſſe gloꝛiam ſan
ctoꝛum.que non eſt hic ſed in ce
lis.ſm illud Luce.vj. Gaudete
⁊ exultate quia merſes veſtra co

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pioſa eſt in celis. Tertio. qꝛ cre-
didit ꝙ in hac vita mortali poſ-
ſit vera beatitudo haberi. cõtra
illud apoſtoli ad Heb. xiij. Non
habemus hic ciuitatē manentē
ſed futuram inquirim⁹. ¶ Quar
to. quia credidit ꝙ domibus in
digeremus pro beatitudine cõ
ſequenda. cũ in illa celeſtis vite
gloria. vt dicit beda. Domus ne
ceſſaria non erit. vbi diuine con
templationis luce omnia puri-
ficante aura a diuerſitatis ali-
cuius timēda nulla remanebit.
Teſtante apoſtolo iohãne Apo-
calip. xxj. qui eiuſdez ciuitatis
ſuperne claritatē deſcribens. di
cit inter alia. Et templũ non vi-
di in ea. Deus enim omnipotēs
templũ illius eſt ⁊ agnus. Quin
to errauit ſiue male dixit ꝙ tria
tabernacula petit fieri. In hoc
errauit dicit albertus ꝙ legis ⁊
prophete et euangelij non ſunt
tres habitationes. ſed vna que
eſt eccleſia. Apoca. xxj. Ecce ta
bernaculum dei cum hominib⁹.
Unde gloſa. Marci. ix. de iſtis
ita dicit petrus oblitus ſanctis
regnum promitti non in terris:
ſed in celis. ⁊ ſe ⁊ coapoſtolos
adhuc mortali carne idutos im
mortalis vite ſtatum ſubire nõ
poſſe. domũ etiam manufactaz
neceſſariam non eſſe. legi quo-
qꝫ ⁊ prophetis etiam euangelio
tria tabernacula facere cupit.
cum non poſſint ſeparari in vnũ
iniciata tabernaculũ. id eſt ec-
cleſiaz dei. Sexto dicit erraſſe.

quia cõparauit xp̄m alij dicens.
Tibi vnum. helye vnum ⁊c. qđ
non dꝫ fieri. qꝛ nihil eſt ꝯpabile
xp̄o Job. xxxij. Deuz homini nõ
equabo. Unde vt ait gloſa in p-
ſenti euangelio. quia petrus im
prudenter queſiuit reſponſionē
domini non meruit. ſed vox pa-
tris teſtatur de filio ⁊c. ¶ Ad ra
tiones in oppoſitum. ¶ Ad pri-
mam reſpondetur ꝙ petrus di-
cendo. Bonum eſt nos hic eſſe. ſi
vellet pro finali beatitudine ſuf
ficere ſibi viſionem ſolam hu-
manitatis chriſti errabat. vt di-
ctum eſt. ¶ Ad ſecundã patet ea
dem reſponſio.

IN domini
ca tertia qua-
drageſime eſt
euangelium.
In illo tēpo-
re. Erat ieſus
eijciēs demo-
nium. et illud
erat mutũ ⁊c.
Luce. xj. Circa quod poſſunt di-
ſputari ſequētes q̄ſtiões. ¶ Pri
ma eſt. vtrum xp̄s ſufficienter
oſtendit ſe nõ in beelzebuth ſed
in virtute dei eijcere demonia.
¶ Scđa. vtrum ſufficiēs fuit il-
lud argumentũ xp̄i. Si in digi-
to dei eijcio demonia. profecto
venit in vos regnũ dei. i. xp̄s fi-
ue meſſias promiſſus in lege ve
nit. ¶ Tertia eſt. vtrũ cõueniēs
fuit ꝙ carnem ſumeret de femi
na. quia dicitur. Beat⁹ vēter ⁊c.